

Or. 173.

5

X 1975229

Ve  
1888

13

Q. D. B. V.  
DISPUTATIONEM JURIDICAM  
DE  
**FATALIBUS**  
IN  
**PROCESSU SAXONICO**

OBVENIENTIBUS,  
AUTORITATE MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS  
IN ALMA PHILUREA,

PRÆSIDE  
DOMINO  
**FRIDERICO PHILIPPO, Lips.**  
J.U.D.

Ad diem I. Jul. An. M. DC. LXXX.

H. L. Q. C.

P. P.

**TOBIAS JACOBI, Frawenstein,**  
Not. Publ. Cæs. & Al. El.

AUTOR.

L I P S I Æ,

Literis JOHANNIS GEORGI.

BIBLIOTHECA  
PONTICAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)



Faint, mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mostly illegible due to fading and bleed-through.

Faint text, possibly a signature or name, located below the main body of text.

Handwritten text in blue ink, possibly a date or a specific note.

ac  
xa  
go  
tis  
no  
ri  
ob  
tu  
ga  
fr  
m  
du  
qv  
hi  
Sa  
ta  
nu  
lic

L





**C**onqvesti sunt plerique omnes forensium  
causarum scriptores, nec immerito, de litium  
processuumque diuturnitate, quæ ubique ferè  
gentium tanta hodie est, ut sæpissimè usu veni-  
re soleat, eos ipsos, qui palmam cum sumtuum  
adjudicatione deportarunt, tam longis anfractibus ve-  
xatos, ac tot sumtibus miserè fatigatos, sic affici, ut lu-  
gendum sibi potius esse putent, quod bonæ alioquin li-  
tis aut instituendæ aut suscipiendæ consilium ab initio  
non abjecerint, quod tanto pretio nudam victoriæ glo-  
riam compararint, sunt verba *Pauli Matthiæ VVehneri in*  
*Obs. Pract. verbo: Justit. Wesen. p. 304. fac. b.* Quam sum-  
tuosam agendi perversitatem malitosò hoc in seculò  
garrientes illos Rabulistas, litiumque confusores ac  
fratres ignorantia & iniquitatis præbuisse plus quàm  
manifestò constat. Quibus itaque non erat indulgen-  
dum, cum Reipubl. quam maximè interfit, litium ali-  
quem adesse finem, *l. s. pr. ff. pro suo.* Proinde fraudibus  
hisce atque protelationibus iniquissimis Illustrissimus  
Saxo in Processu suo Elegantissimo obicem posuit, cer-  
taque fatalia, quibus iste se contineat, præscripsit, quæ  
nunc publicè ventilare in me suscepi. Faxit DEus fe-  
liciter!

## PARTIS GENERALIS

## MEMBRUM I.

agens

## De Nomine,

§. 1.

**D**E Fatalibus Processus Sax. acturus, è re esse putavi, nominum præci-  
puè habendam esse rationem, *arg. l. 1. ff. de reb. cred. l. 1. ff. de J. & J.*

A 2

§ 1.



Et l. 1. §. 1. ff. de pact. ubi in primordio tria statim considerata veniunt  
 vo cabula. FATALIUM vocem quod attinet, descendere illam à fato exi-  
 stimamus, quod si Varroni l. 5. de ling. lat. fides adhibenda sit, à fando de-  
 ducitur, habetque varias significationes, accipitur enim vel vulgariter,  
 vel Juridicè. *Vulgariter* sumitur 1. pro oraculo seu divinationis genere.  
*Sturm. in Lex. verbo: fatum. Calvin. in Lex. Jurid. eod.* 2. pro tempore  
 fatali, hinc dicitur annus fatalis ad interitum urbis *apud Cic.* Dies fatalis  
*in l. 2. 3. C. de temp. appell.* 3. pro morte, *arg. l. 3. §. 1. ff. quæ in fraud. cred.*  
*l. 2. ff. judic. solvi.* 4. pro calu seu eventu, aut exitu fortuito, *teste Cic. apud*  
*Sturm. verbo fatalis.* 5. pro re fatali, *d. l. 2. 3. C. de tempor. appell. Juridi-*  
*cè fatale.* nihil aliud est, quam tempus ad homines in Republ. viventes per-  
 tinens, quo in negotiis civilibus observato aut deserto, illi jura sua vel per-  
 dunt, vel conservant, *l. 14. C. de advoc. divers. Judic.* quo sensu & in præ-  
 senti loco accipitur, habetque sua vicaria nomina seu æquivoca, dicitur  
 enim in jure: 1. fatum causarum *in l. 3. C. de LL.* 2. fatum disceptationum,  
*in l. 3. C. Theod. de appell.* 3. Exceptio seu præscriptio temporis, *l. 7. §. fin.*  
*C. de præscr. trig. vel quad. ann. Zanger. de Except. p. 1. c. 3. n. 27.*

§. 2. Succedit nunc vocabulum PROCESSUS, à procedendo, quod  
 idem est ac progredi, dictus, hinc *apud Svet.* Processum habere in li-  
 teris, i. e. facere progressum, legitur. *Sturm. in Lex. verb. Processus.* Et  
 sumitur vel naturaliter vel civiliter. Illo casu nihil aliud est, quam ordo  
 personarum successivè aliquem vel aliquid concomitantium, juxta *l. 2. ff.*  
*de in jus voc. vulgò.* *Cine Procession.* *Civiliter* & in nostro sensu, est  
 ordo Judicii legitimus, secundum quem controversiæ causarum cognitæ  
 ex æquo & bono celeriter finiuntur. *Calvin. in Lex. Jurid. verb. Processus*  
*p. 720. fac. a.* qui à *D. Brunn.* sensu æquivoco ita definitur: quod sit ordo  
 Judicii vel forma experiundi de jure. *in proc. suo civ. c. 1. n. 1.*

§. 3. Quod autem Saxonici vocem attinet, derivatur illa à Saxo-  
 nia: Cujus incolæ dicuntur Saxones. Unde verò Saxones nominentur,  
 non una omnium est sententia. Autor Chronici montis Sereni (*Peters-  
 berg*) denominationem à saxo, instrumentò bellicò desumpsit, quò olim  
 Saxones usi fuissent contra Thuringos. Sed alii à *Sassen* derivant, i. e.  
 qui tanquam filii insidebant in suo territorio, nequaquam inde depellendi.  
*Dn. Ddus Scharf Schmid. in suis prælect. de Fam. Illustr.* Quæ gentes jure  
 solò consuetudinariò utebantur, quod subactis à Carolo M. Saxonibus, ab  
 eodem demum confirmabatur ac successu temporis in varios libros redi-

ge-



gebatur. Cæterùm cum Serenissimus Elector Sax. Augustus p. m. tribun-  
narium discessionem in suo Electoratu animadverteret, anno Christi 1572.  
omnes provinciarum Doctissimos Misenam convocavit, & ibidem pro so-  
piendis veterum Juris Consuetudines aureas, quas in manibus  
adhuc tenemus, conscribi jussit. Johannes verò Georgius I. postquam  
ratione processus multum juri suo abesse adhuc videbat, anno 1622. Ordi-  
nationem Processus confici curavit, quò de solùm in præsentiarum sumus  
solliciti.

## MEMBR. II.

### De Descriptione & Distinctione.

§. 1. Sunt igitur Fatalia Processus Sax. certa tem-  
porum momenta, in Processu Sax. pro litium abbrevia-  
turâ, sub metu pœnæ, ab agentibus ritè observanda.

§. 2. Et distinguuntur in *legalia & arbitraria*. *Legalia* sunt, quæ  
dispositione processus legitimâ certis intervallis includuntur. Ut fatum  
citationis, t. 4. *Arbitraria* dicuntur, quæ ab hominum arbitriò depen-  
dent & constituuntur vel autoritate publ. à solo Magistratus & Judicis pla-  
cito t. 29 §. Weil aber. & passim, vel autoritate privatâ ex dispositione &  
conventionem partium, *Cotbman. Vol. 1. Resp. 27. n. 382.* & quidem aut in  
judicio per modum compromissi, t. 1. §. besonders. atque ita fatalia vel  
angustantur vel prolongantur, sic fatalia introducendæ Appellationis di-  
latari possunt, *Auth. Si tamen C. de tempor. app.* quod & ad reliquos ter-  
minos extenditur, *Gail. 1. obs. 140. n. 8.* aut extra judicium, pacto fatalium  
renunciativò in scriptis vel sine scriptis peracto. *Reusner. Disp. de fato.*  
t. 19.

§. 3. Licet autem hæc omnia fatalia sua peculiaria contineant,  
attamen ne labor præsens in immensum excrescat, de *Legalibus* faltem  
præcipuè differere nobis proposuimus. Præmissis itaque Generalibus,  
rectâ viâ progrediendum nunc est ad specialia, quæ secundum Ordinem  
Processus Sax. sumus demonstraturi. Sit ita.

## PARTIS SPECIALIS.

### MEMBRUM I. EX Tit. I.

#### De Officio Judicis.

§. 1. Antequam litigantibus Processus plenè aperiatur, statim ab initio



Judex perspectus amicabilem compositionem, præprimis in causis modici præjudicii, injuriarum, miserabilium & conjunctarum personarum, imò quæ inter subditum ac Magistratum ventilantur, svadere debet, *t. 1. §. be-sonders aber.* quæ si omiſſa fuerit, reus ad libellum respondere & litem contestari obſtrictus haud est. *Philipp. ad t. n. conf. 1. n. 13.* Verùm si partes pium Judicis monitum superciliosè contemnunt, ad concordiam nullatenus compellendi sunt, *arg. l. 3. §. 1. ff. de recept. arb. l. 41. C. de transact. l. 56. §. 1. ff. de Evict. Mev. in Disc. Lev. inop. deb. c. 2 n. 137. seq.* cum pax sit svadenda non imperanda. *Menoch. A. J. Q. l. 2. cas. 242. n. 8.* Si igitur Judex partes ad concordiam redigere nequeat, Processum ipsis aperire debet, *Bart. in l. 13. ff. de Off. pres. n. 4.* nisi disceptetur de alimentis, *d. 1. n. 9.* aut metus armorum, quo Respubl. posset turbari, intercedat, *l. 21. §. 5. ff. de capt. & postlim. revers. vel quando lis vertitur apud supremum. Eyrer. in Proc. Hist. lib. 1. c. 2. obs. 3. n. 10. seq.* in quibus & similibus judex ad concordiam compellere quandoque potest litigantes. *Phil. d. l. n. 1.*

§. 2. Similiter Judicis officium est agentes ex remedio *L. Diffamari C. de ingen. & manum.* non prius admittere, quam sibi fides cum ipsa supplicatione pro decernendo processu de diffamatione facta fuerit, *d. t. n. §. als soll man/ & tunc reo emanenti non statim primò in terminò, sed contumaciã tertiã vice ab eodem reiterata, perpetuum silentium demum imponit, Philipp. ad t. n. Conf. 4.*

## MEMBR. II. Ex Tit. 4. De Citatione.

§. 1. Citatio seu in jus vocatio suam originem juri divino ascribens, *Gen. 3. 9. Nicol. in Proc. p. 1. c. 3. n. 3.* tanquam pars essentialis in processu sub pœnã nullitatis omittenda non est, *§. fin. Inst. de pœn. tem. litig. & b. t. in pr.* quam à tempore infinuatæ supplicationis pro decernendo processu, Judex ad summum intra 14. dies emittere debet. *Res. Grav. Prov. 1661. §. 16.* Fatale ejus secundum causæ juris & fori diversitatem variat. Jure civ. veteri in causis civilibus est 10. dier. in dilatoriis, in peremptoriis verò triplicatum spatium *l. 68. 69. ff. de Judic. l. 13. §. 2. C. de Judic.* quod in criminalibus ad triduum relatum erat, *l. 10. ff. de publ. jud.* Jure recentiori accipiebat 20. dies. *Auth. Offeratur C. de lit. cont.* Novissimo verò 30. *Auth. Qui semel. C. quomodo & quando Judex.* A quo Jus Canon. & Camerale divortium facit, ubi terminus citationis arbitrarius est. *c. vocatio, c. 11. qv. 2. Rec.*



*Rec. Imp. 1654. §. 15. Jure Sax. communi citatio 6. septim. includit. Vandr. lib. 1. art. 67. & lib. 3. art. 5. quod & jure Electorali antiquo observatum legitur, in der Leipz. und Wittenb. Hof. Ordn sub tit. von der Ladung. Cæterum secundum nostrum Processum fatum citationis comprehendit spatium 6. septim. & 3. dier. t. n. vers. einen rechten legalen. non à die exaratae, sed à nuntio jurato b. t. n. pr. ibiq. Phil. Conf. 2. insinuatae citationis computandarum, arg. c. 12. x. de appell. Philipp. ad n. t. Conf. 3. quod adeo religiosum observatur, ut si unicus dies defecerit, vel ultimus in terminum præfixum inciderit, ad legitima impedimenta deveniendum haud sit, arg. l. 3. §. 3. ff. de minor. Carpz. p. 1. C. 2. D. 23. sed tantum reus contumax hæc in parte in expensas termini poterit condemnari. O. P. t. 10. §. in fall aber. Excell. Dn. Schüvend. ad Fibig. c. 2. §. 3. n. 2. lit. C. modò citatio spatium 3. sept. inclusit. App. Patent / d. 12. Aug. 1670. n. 3. quod in Appendice corporis Sax. omnibus patet, p. 15.*

### MEMBR. III. Ex Tit. 5.

#### De Libello.

Libellus tanquam truncus arboris Judiciaræ ac brevis, rotunda & concludens verborum conceptio futuræ litis speciem in judicio proponens. Dn. Stryk. in Disp. de jure libell. c. 2. n. 1. omni tempore judicij offerri & jure civ. usque ad causæ conclusionem mutari potest, l. 3. C. de edendo, ita tamen, ut si mutetur, nova petitionis causa edatur reo, eidemque justum deliberandi, cum restitutione damni, spatium concedatur l. 79. pr. ff. de Judiciis. Usu verò forensi mutatio & emendatio libelli non aliter, quam ante litis contestationem *Termin in Proc. c. 22.* & gvarandam præstitam conceditur t. n. §. Da auch einer. postea verò sub pœna refusionis expensarum meliorare libellum interdicitur, *Matth. Wehner. in Observ. Pract. verb. Gewehr. Carpz. in Proc. t. 6. art. 2. n. 47.* nisi velit actor ab actione planè desistere ac denuò libellum novum cum omnibus litium expensis reo offerre, spatiumque legitimum concedere, b. t. §. Da auch einer. *ibiq. Philipp. conf. 7. 8.* Quam refusionem expensarum quoque haud subterfugere potest actor, si in ipso termino, quamvis ante gvarandam præstitam & litem contestatam, libellum denuò mutare intendat. *Philipp. d. 1. Conf. 9.*

### MEMBR. IV. Ex Tit. 6.

#### De Reconventionem,

§. 1.



§. 1. Reconventio jure communi cum causa conventionis pari passu in eodem judiciò agitari potest, *c. 1. in fin. x. de mut petit. Ord. Cam. p. 3. t. 30. Brunn. in proc. civ. c. 10. n. 11.* quod tamen in foro Saxon. non practicatur, sed finita demùm & discussa per executionem & satisfactionem realem conventionem, coram eodem Judice, peragitur, *b. t. n. in pr. Const. El. 7. vers. sondern es sol. ibiq. Carpz. D. 16. §. t. 6. art. 3. n. 43.* nec reus conventus à reali exsolutione depositâ pecuniâ se liberare valet, *d. l. §. es were denn.* nisi actor reconventus non pollesionatus peregrinationem intenderit, cautionemqve pro reconventionem antea non præstiterit. *Phil. ad t. n. conf. 9. n. 2. 3.*

§. 2. Quæ Juris Sax. assertio egregiè limitatur in causis injuriarum connexis, ubi usque ad litis contestationem inclusivè proceditur, ne propter instantiæ moram injuriarum reconventio præscriptione annuali consopiat, *arg. l. 5. C. de injur. Const. Aug. 64. p. 4.* ita tamen, ut postea processus usque ad finitam conventionem suspendatur, *b. t. §. in Injurien Sachen / ibiq. Phil. conf. 4.*

#### MEMBR. V. EX Tit. 7. De Mandato.

§. 1. Per pauca sunt personæ, quæ citra mandatum pro aliis in Judiciis admittuntur, *l. 12. 21. C. l. 40. §. fin. ff. de procur.* dummodo cautionem de rato præstent & causa speciali mandato non indigeat, *l. 27. §. 1. ff. de minor.* Privilegiatas istas personas vide sis apud *Dn. Eckolt. ad t. ff. de procur. §. 11. & Magnif. Dn. Born. in Disp. 1. ad Univ. Jus Jud. th. 17. lit. b.*

§. 2. Reliqui omnes pro alio non admittuntur, nisi mandatum Domini in principio litis offerant, *Ordin. Cam. p. 3. c. 12. §. 11. b. t. n. in pr.* in tantum ut nec amicus pro amico, *Philipp. ad n. t. conf. 3. n. 2.* excepta possessione momentaneâ, audiatur, *Brunn. ad l. 1. C. si per vim l. alio etiam absente. n. 8. p. 997.* aliàs enim, qui non ita instructus comparet, neque illud statim in prima positione bey dem ersten Satz exhibit, is non solum ex officio Judicis, sed & omni tempore ab adversariò oppositâ exceptione à limine fori depellitur. *Zanger. de Except. p. 2. c. 8. n. 36.* adeò ut insimul ejusmodi procurator primâ vice quinque, secundâ decem thalerorum & sic deinceps mulctetur, *b. t. n. in pr.* quam mulctam procuratores miseris à suis clientulis repetere haud possunt, *l. 46. §. 5. ff. de procur. Philipp. ad d. t. Conf. 1. n. 5.*

§. 3.



§. 3. Non sufficit autem mandatum Judici pro legitimatione suâ ita tradere, sed & requiritur insuper, Advocatum procuratorio nomine agentem, clientum suorum nomina & cognomina, itemque castra & habitationes statim in prima positione sub pœna 5. thalerorum exprimere, *O. P. d. t. 7. in pr. Berlich. p. 1. Concl. 10. n. 29.* quam pœnam, si nomina in secunda demùm positione exprimit, non aufugiet.

## MEMBR. VI. EX Tit. 10. De Partibus Emanantibus.

§. 1. Postquam terminus ad instantiam partis à Judice præfigitur, actoris est, etiamsi in schedula admonitoria non legitimum terminum acceperit, indistinctè comparere; ita ut si non pareat, ad instantiam rei citatio de jure civ. circumducitur, *l. 73. §. 1. ff. de Judiciis.* & insuper actor reo in expensas condemnatur, *l. 79. pr. ff. d. t. Umm. in Proc. Disp. 6. th. 2. n. 8.* Paulò aliter res observatur, quando lis à reo jamjam fuerit contestata, vid. *Dn. Carpz. in Disp. de Eremodicio th. 23.*

§. 2. De Jure Sax. & moribus nostris, actore in termino emanente, reus 1. absolvitur ab instantia, i. e. omnia ante gesta annullantur & tolluntur, 2. actor, refusis impensis, si liti cedere non cupiat, de novo litem inchoare, & 3. cautionem de lite prosequenda præstare tenetur, *c. 1. x. de dol. & contum. & t. n. in pr. Formula illius cautionis extat apud Philipp. d. t. conf. 2.*

§. 3. Similiter appellans in termino justificationis non comparens, vel appellationem non justificans, Appellationis desertione cum refusione expensarum punitur. *Auth. Ei qui appellat C. de temp. app. c. 45. x. de appell. h. t. n. §. d. d. aber. jung. Dec. El. 69. pr. ibid. Philipp.*

§. 4. E contrario si reus legitimæ citationi non pareat, jure civ. in actione personali in possessionem bonorum contumacis ex primo decreto, debitore verò contumaciter perseverante, in veram rei possessionem ex secundo decreto actor mittitur, *c. 5. §. fin. x. ut lit. non cont. Philipp. l. 3. Eccl. 36. n. 3. seq. In actione verò reali, possessio rei petitiæ ab eodem acquiritur, l. 68. ff. de R. V. l. 8. C. quomodo & quando Judex.*

§. 5. Jure Sax. antiquo, contumax amissione totius causæ statim puniebatur. *Vandv. lib. 2. art. 9. & 24. Rauchbar. p. 1. q. 11. n. 2.* Qui rigor jure Sax. recentiori temperatur, & reus emanens tam in actione reali, quam personali, *Carpz. p. 1. C. 9. D. 3. n. 2. seq. lib. 3. R. 25. n. 6.* usque ad legitima impedimenta, *bisß auff Ehehafft und behelffliche Widerrede /*

B

con-



condemnatur. *d. art. 9. in pr. & h. t. n. §. in Fall aber. h. e. ut reus super causis emansionis vel impedimentis, quibus fortè detentus fuit, ante causæ amissionem audiatur l. 19. §. 1. ff. de probat.* Sed hoc procedit, si actor contumaciæ eum purè, non alternativè, ( ut vel ad legitima impedimenta vel in expensas condemnetur ) accusaverit, quo casu, posterior, tanquam favorabilior pars, in condemnando eligitur, *c. 11. de R. J. in Vito, Philipp. ad n. t. conf. 5. n. 4.* Quod si verò præviâ citatione reus de novo emanat, vel impedimenta legalia docere haud queat, usque ad executionem, *bis auff die Müsse/* secundum petita condemnatur, *h. t. §. in Fall aber.* E contrario, benè deductis legitimis impedimentis contumaciæ purgatur & causa in pristinum statum reponitur. *Carpz. p. 1. C. 9. D. 1. 8. 9.*  
*§. 6.* Appellatus verò in termino justificationis emanens, poenam non incurrit, etiamsi accusatio contumaciæ ab Appellante præcesserit, sed si ex actis merita appareant, secundum ea pronuntiatur, extra hunc casum secundo citari & pro re nata in expensas condemnari meretur *h. t. n. §. wenn aber/ inf. ibiq. Phil. conf. 7. n. 4.*

#### MEMBR. VII. Ex Tit. II.

#### De Exceptionibus.

*§. 1.* Jure civ. Exceptiones Dilatoriæ ante litem contestatam quocumque tempore opponi possunt, *Phil. ad n. conf. 3. n. 1.* Jure verò Sax. reus conventus primo statim in termino omnes simul exceptiones dilatorias sub metu expensarum cum ipsa eventuali litis contestatione opponat, *h. t. n. §. und in eventum. aliàs planè non comparens, postquam ipsi in sententia litis contestatio injuncta fuit, cadit exceptionibus suis dilatoriis. Richter ad c. 29. x. de testib. nisi judex easdem reo vel expresse, vel tacitè reservaverit, Magnif. Dn. Born. in Disp. 1. Ad Univ. Jus th. 46. lit. a.*

*§. 2.* Quæ dicta temperamentum recipiunt in Exceptionibus litis ingressum impediuntibus seu declinatoriis, ubi reus donec super iisdem pronunciatum fuit, litis contestatione solenni opus non habet, *h. t. §. es hätte denn.*

*§. 3.* Cui accedit aliquod singulare in processu maximè executivo, ubi sub pœna amissionis reus exceptiones suas omnes adhuc ante terminum audientiæ præfixum, intra trium septim. spatium, à tempore citationis oblatæ computandum, in scriptis cum copiis documentorum judici offerat, *Dec. El. 3. & Resol. Grav. Prov. 1661. Tit. von Justitien Sachen §. 3. Philipp. ad h. t. conf. 1.*

*§. 4.*



§. 4. Similiter non est prætereundum, quod exceptio spoliæ tam jure communi, *c. 1. de restit. spol. in 6to.* quam jure Sax. intra 15. dies sub metu amissionis, vel testibus, vel documentis à reo probanda veniat, *b. t. n. §. Desgleichen. Const. August. 6. p. 1.* quo tamen tempore non tota probatio absolvitur, sed articuli saltem probatorii cum nominibus testium copiisque instrumentorum & annexa petitione offeruntur, ut ante terminum principalem discutatur spoliæ exceptio. *Reusner. in Disp. de fato 147.* quod tamen fallit in probatione spoliæ contra instrumenta confessata, quo casu Exceptionis probatio tantum per documenta peragitur. *Carpz. p. 1. C. 6. D. 5. n. 4.*

§. 5. Ab his differunt Exceptiones peremptoriæ seu perpetuæ, quæ non usque ad sententiam, uti vult *Wes. ad t. C. de Except. n. 9.* sed statim cum litis contestatione, tam in b. f. quam stricti juris judiciis, opponendæ sunt, *per text. in l. 8. l. 9. vers. habita C. de Except. Rec. Imp. de anno 1570. §. Dennoch sollen & t. n. §. es solaber. ibiq. Phil. Conf. f. usq; adeo,* ut, si reus Exceptiones hæc in litis contestatione omiserit, easdem objicere, vel articulis reprobatoriis postea comprehendere demum nequeat, & quamvis hoc faciat, effectum tamen hæc oppositio sortitur nullum. *b. t. n. in f. & t. 21. §. Do auch Carpz. p. 1. C. 3. D. 13. n. 4. & seq. nisi post litem contestatam demum suboriantur, vel ad rei notitiam perveniant, b. t. n. in f. Phil. in Ufu pract. lib. 4. Eccl. 68. n. 10.*

#### MEMBRUM. VIII. EX Tit. 14.

#### De Litis Denunciatione.

Litis Denunciatio tempore quocunque etiam in ultimo termino, quò jam definitivè pronunciatum, per remedium verò suspensivum effectus judicati suspensus est, transmissis ipsi actorum copiis, locum habet atque obtinet, *b. t. in pr. ibiq. Philip. conf. 1. n. 3.* Omissa verò in totum litis denunciatione, reo adversus autorem de Evictione nullus patet amplius regressus, etiamsi ex emto aliove contractu agere velit, *l. 8. l. 20. in f. C. l. 53. §. 1. ff. de Evict.* quod limitatur, 1. Si venditor juraverit, in causa evictionis se velle defendere emtorem. 2. Si Justitia evincentis notoriè constet & appareat. 3. Si Autor sciens spontaneo motu reo citato adstiterit, causamq; defendere in se susceperit. *Phil. d. l. Conf. 2. n. 6.*

#### MEMBRUM. IX. EX Tit. 18.

#### De Juramentis.

Sapissimè tam in Processu Ordinario, quam summario *l. 34. pr. ff.*



*l.2. pr. C. de jurejur. Et Executivo, Hartm. Pist. p.4. qv.13. Diff. Carpz. in Proc. t.11. art.1. n.5. & communiter omnes: quorum tamen sententia in Res. Gr. Prov. 1661. tit. von Justitien Sachen est approbata, juramentum à parte super actione vel Exceptione deferri solet, quod jure civ. omni litis tempore, l.12. pr. C. de reb. cred. Jure v. Elect. Sax. à parte Actoris tantum ante præstitam quarandam & litis contestationem puram, nisi nova emergat incidens quæstio, permissum est, b.t.n. in pr. Magnif. Dn. Born. all. loc. th.5. lit. d.*

§. 2. Delato ita semel juramento potest ab illo deferens, præstitam etiam quarandam & Lite contestatam, ante acceptationem adjudicationemque iterum recedere & ad ordinarias probationes recurrere, *l.11. C. de reb. cred. & b.t.n. §. Ob nun gleich. Capz. p.1. C.12. D.3.*

§. 3. Postquam verò delatum juramentum per sententiam interlocutoriam injunctum est, jure civ. jurare jussus juramentum statim præstare debet, nec spatium ad deliberandum petere potest, *l.12. pr. C. de jurej. Jure verò Sax. juraturus, intra octiduum à tempore rei judicatae computandum, ad jusjurandum sese offerre, citationem ad videndum jurare, nec non juramenti calumniae præstationem impetrare, posteaque illud intra spatium 6. sept. & 3. dier. nisi pro deserto illud velit habere, præstare obstringitur b.t.n. §. nach dem & §. wenn aber. Dec. El.18. ibiq. Philipp. obs.1. Quæ assertio strictè observatur, & licet juramenti amissionem in positionibus suis adversa pars non urgeat, hanc tamen rationem judex in pronunciando habebit, d. Dec. §. wenn aber. quod limitatur, si jurare jussus justum impedimentum, absentia forte, aut ignorantia allegare & probare valeat, Phil. ad d. Dec.18. obs.13. Quæ hætenus dicta non solum in juramentis litis decisoriis, sed etiam legalibus, ut suppletoriis & purgatoriis, tutò applicantur, d. §. n. & Philipp. ad Dec. El.18. obs.4.*

§. 4. Qui rigor propter gravitatem causæ in criminalibus ac matrimonialibus mirificè temperatur, ubi juramentum, neque ad fatale octidui, neque ad spatium 6. sept. & 3. dier. adstrictum legitur, *in t. n. §. wenn nun. in f. Philipp. ad d. Dec. obs.5.6. quod & verum est in juramento calumniae speciali seu malitiæ, quippe quod neque ad probationem, neque ad principalem causam spectat, Dec. El.70. ibiq. Philip. obs.2.*

§. 5. Non tamen delatus præcisè obstrictus est juramentum præstare, sed permittitur ipsi, vel statim post factam delationem ante sententiam interlocutoriam, in qua super delatione pronuntiatur, vel antequam illa sententia interposita leuteratione vires judicati accipiat, vel reus sibi sal-

tem



tem expressè relationem reservet, relationem urgere, *t. n. §. ferner.* quo posteriori casu debet referens intra illud tempus, quod pro citatione ad juramentum præstandum instare necesse habet, se declarare, an juramentum referre, an verò præstare, an denique pro liberanda conscientia probationibus uti velit, *b. t. n. §. ferner. Berlich. p. 1. Concl. 32. n. 56.* Et quamvis ea omnia ex processu Sax. verissima sint, attamen ex fori observantia receptum est, ut in sententiâ super juramento præstando latâ relatio jurare jussu reservetur, quantumvis desuper protestatus non fuerit, *Carpzov. t. II. art. 4. n. 19. seq. Magnif. Dn. Born. d. disp. th. 57. lit. g.* Quæ fatalia ad offerendum, eodem quoque modo à relato observantur, sententiâ de novo latâ. *§. wenn nun.*

*§. 6.* Hæc fatalia ad oblationem jurisjurandi potissimum spectant, restat adhuc terminus præstationis, si enim deferens, vel contumaciter emanerit, vel sine probabili causa in termino juramenti de calumnia præstationem recusaverit, pro præstito habetur juramentum principale, nam ut reus ex fato suo deperdito amittit defensiones, ita actor suas actiones, quas revulsisse omnes præsumitur reus, actore latitante, *d. t. §. nachdem auch inf. Reufner de fato th. 151.*

#### MEMBR. X. EX Tit. 19.

### De Probatione pro exoneranda conscientia suscepta.

Prætereà delatus juramenti præstationem ante acceptationem & relationem declinare potest, quando conscientiam probationibus exonerat, *wenn er sein Gewissen mit Beweis vertritt. b. t. n. pr. & Const. Aug. 12. & 14. p. 1.* quod procedit, licet ille, cui juramentum delatum est, ante sententiam non protestatus, nec relatio in sententia ista ei reservata fuerit *d. t. pr.* modo secundum jura Electoralia Sax. in defensione pro exoneranda conscientia probaturus intra octiduum post sententiam obligatoriam, qua juramentum injunctum est, sese ad probationem offerat, & postea articulos probatoriales intra terminum Sax. exhibeat, nec non ulterius agat, quæ probaturo incumbat, *b. t. n. in pr.* qui terminus non à die rei judicatæ, sed à die oblationis currere incipit, *d. pr. n. Excell. Dn. Schwendend. ad Fibig. p. 568. lit. g.*

*§. 2.* Ne tamen res in infinitum excreseat, actor neque ad contrariam probationem, neque ad interrogatoria, causæ merita concernentia, admittitur, secus est, si eadem ad testium personas tantum extendantur, *b. t. n. §.*



venit nun. & Dec. El. 19. ibiq; Philipp. obs. 1. quod si verò reus postea in probatione sua defecerit, adhuc ipsi ad juramentum datur regressus, modo terminum probatorium debitamque oblationem præterlabi passus non fuerit. *Phil. ad d. t. conf. 2. n. 3.*

## MEMBR. XI. Ex Tit. 20.

### De Probatione.

§. 1. Probatio tanquam pars processus essentialis *Wes. in II. ff. de prob. n. 1.* nunquam ne quidem in summarissimo omitti. *Clem. saepe de V. S. & Dec. El. 1.* sed semper post litem contestatam [ nisi extraordinariè ad perpetuam rei memoriam, ubi nullus certus terminus, sed arbitrarius, præfigitur, procedatur, *c. quoniam & t. t. x. eod. & O. P. S. t. 27.* ] intervenire debet, *t. t. x. quod lit. non cont. Treutl. Vol. 2. Disp. 23. th. 3. lit. 6.* Fatale ipsius de jure civ. est arbitrium, *l. 1. C. de delat. c. 4. §. spatium, caus. 3. q. 3.* Jure verò Saxon, est spatium 6. sept. 3. dier. continuarum à tempore rei judicatæ, [ etiam in Appellationis causa, *Finkel. obs. 74.* ] computandarum, *h. t. n. in pr. Const. Aug. 16. p. 1.* quem intra terminum non tota probatio absolvitur, *Philipp. ad d. t. n. conf. 1. n. 4.* sed ad minimum articuli ex visceribus libelli desumpti, *Philipp. d. l. conf. 5. n. 3.* ac breves, rotundi & pertinentes, atque affirmativè concepti, *h. t. n. §. Dieneßl auch.* cum nominibus testium & directorio etiam ultimo die & momento rectè offeruntur, *Phil. ad t. n. conf. 1.*

§. 2. Qui terminus non observatur in jure braxandi & remedio L. Diffamari, ubi illic duorum mensium. *O. Proc. Sax. de anno 1555. t. von brauen/vers. soll er. Carpz. l. 1. Resp. 37. Finckel. I. th. Obs. 70.* Hic verò termini Sax. duplicati spatium, termini loco, est, præfinitum, *Carpz. t. 20. art. 3. n. 42. Excell. Schvwend. ad Eckolt. de prob. §. 4. verb. Est spatium sex,* quibus addimus demonstrationem *Die Bescheinigung/* in processu summario usitatissimam, quæ nullo certo fatali est inclusa. *Carpz. lib. 3. Resp. 75. n. 5.* sed à judice, vel in sententiâ interlocutoriâ aliquis terminus arbitrarius eidem præfigitur, quò, sub poenâ amissionis demonstratio venit absolvenda; *uti pronuntiavit Scab. Lips. Mense Febr. curr. anni. Et Carpz. t. 13. art. 2. n. 197.*

§. 3. Sæpissimè contingit, ut probaturi ante effluxum probationis terminum dilationem desiderent, quæ jure civ. etiam quartâ vice sub certa solennitate & præstito juramento conceditur, *l. 13. C. de Jud. Brunn, in proc. civ. c. 18. n. 13. seq.* Ast jure Sax. primam & secundam dilationem ex causis sat prægnantibus judex probaturis facile *h. t. n. Et Res. Grav. de*



Anno 1661. Tit. von Justitien-Sachen. §. 21. vers. deswegen: ulterio-  
rem verò non aliter, quam cum causæ cognitione & solennitate legali, vel  
juramento de calumniâ præstito largitur *d. t. n. §. Wir lassen ibiq, Philip.  
Conf. 3. 4. Dec. El. 4. Carpz. t. 15. art. 11. n. 85.* ubi insuper producenti permis-  
sum est, durante prorogationis termino, articulos mutare, augere, testes-  
que de novo addere ac sicuti probatio formalis exigit, omnia observare,  
*d. §. n.* nec non in locum demortuorum, termino probatorio etiam præ-  
terlapso, dummodo diligentiam summam adhibuerit, alios testes surro-  
gare. *t. n. §. Würde sich auch. Philipp. Conf. 6.*

## MEMBR. XII. Ex Tit. 21.

### De Reprobationibus.

Nihil magis adversatur probationi, quam reprobatio, quæ, etiamsi  
de eadem reprobaturus non protestatus, nec in sententia ejusdem mentio  
facta fuerit, tamen in causis regulariter omnibus permessa est, *b. t. n. in pr.*  
Terminum reprobationis quod attinet, idem est cum probatorio, nempe  
6. sept. & 3. dier. *d. l. §. Do auch* quo tempore autem currere incipiat, dis-  
tingvendum; *an* probatio per documenta, *an* per testes facta sit. *Illo  
casu* subdistingvitur, *an* sententia super recognitione latâ habeat clausu-  
lam, daß nun mehro mit den Gegenbeweiß billich verfahren werde; *nec  
ne.* *Priori casu* terminus reprobatorius currit post publicatam senten-  
tiam à momento rei judicatæ, *t. n. §. Wenn auch. Posteriori* autem à die  
insinuatæ citationis ad producendum super probatione emanatæ, über  
den Beweis zu verfahren. *Hoc casu* si per testes probatio absoluta repe-  
riatur, currit terminus reprobationis à die insinuatæ citationis ad publica-  
tionem attestatorum audiendam & videndam *d. §. iedoch. Const. 16. p. 1.*  
Notandum hic insuper est, diem factæ insinuationis computati in termi-  
num probatorium; nam sicuti probatorius, ita & reprobatorius, de mo-  
mentò in momentum, currit terminus. *Carpz. t. 13. art. 2. n. 25.* non tamen  
prohibetur reprobaturus anticipare eundem, atque tùm probatio & re-  
probatio citra tamen confusionem pari passu perficiuntur, *d. t. n. §. iedoch  
wollen.* Hoc autem modo terminum anticipanti nec alia reprobatione  
uti, *d. t. §. n. ibiq, Phil. conf. 2.* sicuti nec reprobationis reprobatio per-  
mittitur, *t. n. §. Da auch in f. limitationes vide sis apud Magnif. Dn. Born.  
d. Disp. th. 53. lit. b. §. Philipp. d. l. conf. 3.*

MEM-



MEMBR. XIII. Ex Tit. 25.  
De Recognitione Documentorum  
Literariorum.

§. 1. In foro Sax. ille, contra quem instrumenta producuntur privata, ea recognoscere, vel juratò diffiteri tenetur, *b. t. n. weil es. Dec. El. 74.* Si tamen producens de perjurio adversarii formidolosus sit, permittitur ipsi in termino diffessionis etiamnum se opponere *Berlich. p. 1. concl. 44. n. 48. 49.* & ad recognitionem testibus perficiendam confugere, *b. t. n. §. Da aber/* ita tamen, ut intra terminum Sax. seu probatorium, articulos cum nominibus testium copiisque documentorum producens exhibeat: testibus demum juratis, ante recognitionem producto insuper contra testes interrogatoria, modò ea merita & contenta instrumentorum non attingant, sed tantùm manum, sigilla, externamque formam concernant, proponere concessum est; *in b. t. §. Do auch. in f. ibiq. Philipp. cons. 3. Carpz. t. 14. art. 40. n. 6.*

MEMBR. XIII. Ex Tit. 29.  
De Disputationibus Attestatorum.

§. 1. Peractâ probatione & reprobatione Attestationes publicari solent, *Nicol. in Proc. p. 1. c. 64. n. 15. seq.* Quibus non ex principiis juris civ. *Nov. 90. c. 4. c. 6. x. de fid. instr.* sed ex observantia fori Sax. Disputatio accedit, quæ alternis duabus positionibus mutuis inclusa in scriptis offerri solet *mit zweyen schriftlichen abgewechselten Gesetzen/ t. n. pr. ibiq. Philip. Cons. 1.* ubi ferè ita proceditur: Reus, seu is, contra quem probatum est, excipit contra probationem, & simul tuetur, salvamque facere laborat reprobationem; de hinc producens replicando exceptionem producti tuetur & salvat probationes suas, ac simul evertere intendit exceptiones ab eodem allatas, mox reus duplicando pergit, actor verò triplicando denique concludit, *Magn. Dn. Born. in d. Disp. th. 55. lit. g.*

§. 2. Tempus, intra quod perficiendæ sunt ejusmodi Disputationes, est spatium singulis positionibus 6. sept. absque additione 3. dier. præfinitum, *b. t. n. pr. Const. Aug. 18. p. 1. Carpz. in Proc. t. 15. art. 15. n. 11.* quod spatium in causis metallicis ad 5. dies coarctatur, *Ordin. Metall. art. 103. §. als ordnen wir. Nic. p. 1. c. 66.* Quo autem tempore fatum currere incipiat, ex subsequenti distinctione melius patebit; *num* probationes per testes, *an* per documenta fuerint absolutæ; *Priori casu* currit à momento copia-

rum



rum à iudice parti oblatarum, quas ille ad summum intra duos menses post publicationem præbere debet, *Const. Aug. 18. p. 1.* pro communicatis autem etiam tum habentur, quando iudex arbitrium 8. 14. dier. vel unius mensis terminum præfigit; intra quem accipiat depositionum copias, *d. pr. n.* Cum verò in iudiciis ob alia impedimenta positiones citius haud scribi queant, cautum est, ut earum duo exemplaria iudicio exhibeantur, quò alterum actis, alterum adversario communicetur, dimidiato semper salariò pro cuiusque copiarum paginâ, Actuariis debito soluto, *b. t. n. §. als ordnen/ Magnif. Dn. Born. d. Disp. th. 55. lit. g. Posteriori casu,* quò facta probatio per instrumenta, quæ nullâ indigent probatione, subdistinguitur; an pauca sint producta instrumenta & causa non tam magni momenti in iudicio ventiletur, an verò in causâ magni præjudicii multisque productis instrumentis disputetur: *Sin prius,* super eiusmodi probatione ortenus saltem procedi debet, illaque pars, contra quam probatio est suscepta, citationem impetrare atque exceptionibus suis initium facere tenetur, *t. n. §. wenn aber. Sin posterius,* solet Iudex de disputationibus hisce interloqui, atque tùm terminus à momento rei iudicatæ initium capit, *d. §. Dn. Lyncker. in Disp. de fat. th. 61. & quamvis fatale nostrum sit peremptorium,* tamen unius producti desertio neutiqvam alteri producto nocere constat, *d. t. §. würde aber. Ibid. Philipp. conf. 3. Magnif. Dn. Born. d. th. lit. g.*

#### MEMBR. XV. EX Tit. 35.

#### De Leutatione.

§. 1. Hactenus de fatalibus primæ instantiæ, à quâ Leuteratio, quæ etiam post tres conformes sententias conceditur. *Philipp. ad n. t. conf. 2.* minimè excipitur, at leuterans, qui sententiam, hòcce remediò, suspendere audet, suam leutationis schedulam intra decendium continuum etiam ultimò momentò offerre potest. *t. n. pr.* quod spatium currit quoque ignorantibus, *Berl. p. 1. Concl. 49. n. 20.* nisi forte citatio ad publicandum haud præcesserit, vel aliò modò Leuterans legitime impeditus fuerit, quo priori casu à die denum scientiæ, posteriori verò sublato impedimento fatale denuò currere solet. *Philipp. ad n. t. conf. 1.*

§. 2. Non sufficit autem leutationem intra decendium interponere, sed insuper leuterans intra 6. sept. & 3. dier. spatium, citationem pro proseguenda leutatione, impetrare, vel ad minimum durante spatio citationem urgere necesse habet, quòd tam rigidè observatur, ut si fortè prorogatio termini indulgeatur, tamen ulterius requiritur, ut leuterans pro

C

ci-



citatione ad prosequendam leutationem de novo supplicet, aliàs enim leuteratio indistinctè pro desertà pronunciat, *b. t. S. nach dem auch. ibiq. Phil. conf. 4.* quam poenam leuterans quoque incurrit, quando in terminò prosecutionis non comparet, *d. S. Advocatus desuper leuterantis, gravamina, sua in prosecutione, speciatim repetere, sub poena 10. thalerorum, obstringitur, t. n. S. Darneben. ibiq. Phil. conf. 9.*

§. 3. Singulare occurrit in concursibus creditorum in Appellationis Judicio pendentibus, ubi pro accelerando processu præscriptum est, quod leuterans intra octiduum, à tempore decendii, post publicationem sententiæ, computandum, sub poena desertionis, citationem pro leutatione prosequenda impetret, *Mand. Elect. d. 16. Jan. Anno 1660. S. zu solchen.*

§. 4. Sequuntur nunc fatalia secundæ instantiæ, quorum 1. est spatium æquè 10. dier. continuarum pro appellatione interponendâ, *Aut. hodie C. de Appell. c. 8. S. taliter x. de sent. & re judic.* nec sufficit intra 10. dies appellasse, sed 2. requiritur Apostolos intra 30. dies, non à die interpositæ Appellationis, sed publicatæ sententiæ computandos, à Judice à quo petere, *l. un. ff. de libello. dimiss.* Petitis itaque Apostolis iudex intra mensis spatium, ad minimum citationem, pro recipiendis Apostolis emittere obligatus vivit. *Res. Grav. Prov. 1661. von Justitien Sachen §. 29.* quo termino 3. Appellans sub poena desertionis Apostolos accipere tenetur, *l. 6. §. fin. & l. 24. C. de appell.* Cui 4. adhæret fatale pro introducenda, apud Judicem ad quem, Appellatione, quod de jure communi arbitrarium est, *l. 5. C. de Appell. c. 4. c. 50. c. 57. x. d. t.* sed jure consuetudinario & in foro Sax. est spatium unius mensis, à die Apostolorum receptorum, computandi. *S. App. Ordn. c. von App. Sachen wie die angenommen. Berl. p. 1. Concl. 80. n. 144. seqq.* 5 Deniq; non est omittendum fatum Justificationis, intra quod non solum formalia ejusdem proponere, sed & jura sua deducere Appellans adstringitur, quod spatium jure communi est unius anni, *l. 2. §. fin. & Auth. Et qui C. de tempor. App.* Ex magna verò causa biennii, *d. l.* non à die introductæ, sed interpositæ appellationis considerandum, *c. 3. x. de appell.* quod annale tempus etiam in foro Sax. si à Judice inferiori ad præfecturam provincialem aut Judicium Curiale, quod Dresdæ est, appellatur, floret, *Carpz P. 1. C. 20. D. 1.* Verùm, si ad supremum Appellationis Judicium appellatur, tum Appellatio proximò sequenti termino justificetur, modò spatium pro emittenda citatione supersit. *S. App. Ordn. d. l. S. darumb. Mand. El. de anno 1670. d. 12. Aug. Cor-*  
por



pori Sax. adjunctum. Præterea hoc fatale 1. citationis petitionem 2. actorum primæ instantiæ exhibitionem 3. Gravaminum ex actis deductionem continet. *Excell. Schvvend. ad Fibig. c. 2. §. 2. lit. g.* quæ omnia probè sunt observanda, & si unum deficiat, appellatio pro deserta rejicitur, *S. App. Ordn. d. l. A. B. Carpz. in Disp. de Eremodicio th. 29.* quam deductionem appellans declinare non potest, modò ad minimum 3. septimanas pro termino ipsi supersint, *alleg. mand. §. 3.*

## MEMBR. XVI. Ex Tit. 38.

### De Nullitate.

Quando Judex in judiciò suo nulliter procescit, de jure communi remedium nullitatis 30. annis durat, in foro nostro verò Sax. ad spatium termini Sax. à tempore publicatæ sententiæ, est alligatum, *b. t. n. ibiq; Philipp.* dummodo judicis singulis diebus copiam habere possint, aliàs enim, ubi audientia non omnibus diebus patet, spatium hocce duplicatur, *d. l. Res. G. Proc. 1661. §. 28* minimè tamen hæc præscriptio nullitatis, ad nullitatis exceptionem & ad nullitatem contra decreta extenditur, ubi ad 30. annos, annum & diem exclusio prorogatur, *Excell. Dn. Schvvend. ad Fibig. c. 2. §. 22. p. 335.*

## MEMBRUM XVII. Ex Tit. 39.

### De Executione.

Si itaque citra vitium nullitatis sententia vires judicati accepit, ejus præcipue effectus est, ut victus executionem patiatur, quæ de jure communi, in actione reali, sine omni dilatione procescit, *§. 1. Inst. de Off. Jud.* & res confestim manu militari auferitur *l. 68. ff. de R. V.* nisi Judex citra calumniam, reo petenti, aliquod tempus arbitrarium indulgeat *l. 11. ff. de R. V. ibiq; Wes. n. 16.* Jure Sax. in hoc actionis genere, à tempore rei judicatæ, spatium 14. dier. conceditur, *b. t. §. nemlich. Const. 32. §. fin. p. 2.* quem intra terminum, si condemnatus non pareat, fit executio in rem petitam, non ut actor in possessionem immittatur, sed ut à reo res manu quasi violenta auferatur atque ita actori restituatur. *Phil. b. t. Conf. 2.*

§. 2. Aliter proceditur in personali actione, ubi à die condemnationis de jure civ. Executioni tempus 4. mensium præfinitum est *l. 2. C. de usur. rei jud.* quod spatium de jure Sax. ad quindenam auff 14. tage/Landr. 2. art. 5. post. pr. art. 70. vers. Daß er. & in nostro foro ad terminum Sax. eine 6. Frist coarctatur, *d. t. n. §. wenn aber. & quanquam in al-*



leg. textu infimul definiatur, quod in præcepto executivo solutio intra terminum Sax. debitori imponi debeat, ut ea ad certum diem, infimul determinetur ac eodem die executio, solutione non subsecutâ, realiter expediatur, *b. §. n.* Is tamen rigor in *Resol. Prov. tit. von Justitien Sachen §. 2.* moderatur & statuitur, quod in decreto vel sententiâ condemnatoria ad satisfactionem terminus Sax. præfigatur, & in casum non factæ ultroneæ solutionis executio ad alium certum diem præstò exequatur, *Beßl. solle Kl. binnen Sächß. Frist befriedigen / oder den Tag die Hülffe gewärtig seyn Phil. ad t. 11. conf. 4.*

§. 3. Quæ executio non statim in omnia debitoris bona, sed gradatim sub certo ordine facienda est, *primò* enim in res mobiles & se moventes, *deinde* in immobiles, *postea* in jura & actiones executio instituitur, ac si ea quoque non sufficiant, denique ad personæ carcerem deveniendum est, *l. 15. §. 2. 3. 8. ff. de re judic.* quod & in foro Sax. non aliter observatur, *b. t. n. §. anfänglich. vid. Exceptiones apud Phil. all. l. conf. 6. n. 8. seq.* ubi infimul moris est, quod solutione à debitore non facta, adhibitis consuetis solennitatibus & ceremoniis, *O. P. S. t. 47. §. es ist denn.* sicuti in nostro Electoratu fieri solet, in ædes debitoris per scissuram frusti lignei è janua mit Aushebung eines Spahns aus der Thüre / in agro, effossione glebæ, mit Ausgrabung eines Erdkloßes / in vineis autem seminibus vineaticis erutis, mit Aushebung der Weinrebe / executio cum effectatu perficiatur, *Nic. in Proc. p. 3. c. 8. n. 6.*

§. 4. Executione peractâ, ad instantiam actoris Judex per literas Executoriales, einen Hülfss-Schein / reo terminum Sax. præfigit, ut denuò solvat, vel immissionem patiatur; His iterum neglectis, immittitur creditor in bona debitoris, & simul ex loci consuetudine in foco illius domus, in quam fit immissio, ignis extingvitur, & mox ab immisso iterum accenditur, es wird der Creditor in die verholffene Güter / durch Ausleschung des Feuers und wieder Anzündung derselben / würcklich eingewiesen. *Nic. d. l. n. 8. Effectus est in n. t. §. in Fall nun.* Ubi quoque notatur, quod sicuti unius termini spatium non potest abbreviari, ita simul duo termini Executionis & Immissionis non possunt in unum, nisi consentientibus ac renunciantibus partibus, à Judice coarctari. *Carpz. t. 25. art. 3. n. 47. Excell. Schvvend. ad Fib. p. 351.*

§. 5. Postquam creditor immissione jus reale consecutus est, intra quatuordecim dies nullâ præcedente satisfactione, ad subhastationem



nem seu proscriptionem à Judicè deveniendum est. *Res. Grav. Pr. tit. von Justitien-Sachen. §. 6.* ubi autoritate Magistratus, in loco publ. & tempore Mercatus publici, bona debitoris venalia ad emendum certumque valorem constituendum pluries, & sæpissimè tribus vicibus, quod in foro Sax. observatur, de quaterdena ad quaterdenam, von 14. Tagen zu 14. Tagen 3. mahl/ præconizantur. *Land N. lib. 1. art. 70. §. begehret man. Const. Aug. 32. §. ferner aber p. 1. h. t. n. §. so soll man/* quod tempus de momento in momentum currens, sub poenâ nullitatis præcisè observari meretur. *Philipp. in tr. de subhast. c. 3. com. 2. n. 4. seq.* quo sequitur, quod si dies feriatus in ipsum incidat terminum unius alteriusve quaterdenæ Sax. subhastatio noviter reiteranda venit, *d. l. n. 46.* aliter observatur in Prætorio Lipsiensi, ubi terminus præconizationis, quando incidit in diem festum, eadem proclamatio differatur, ad diem Saturni proximè subsequentem profestum, *d. l. n. 57. ubi plura de fato Licitationis videri possunt. j. Excell. Dn. Schvwend. in Disp. de Licitatione th. 38. seq.*

§. 6. Subhastatione prædictò modò peractâ, permissum est debitori, à creditore vincente, non ab extraneo, bona intra annum iterum redimere atque reluere; quod spatium, à tempore adjudicationis *Phil. ad Dec. El. 11. obs. 2.* non annum Sax. sed civilem, comprehendit, *t. n. §. dasselbe. ibiq. Phil. conf. 12. Dec. El. 11.*

§. 7. Quam tamen scrupulosam executionis difatigationem, subterfugere potest debitor, si ante terminum præfixum omnia sua & universa bona creditoribus cedat. *h. t. n. §. Wir lassen. ibi Philipp. conf. 12. n. 2. & 3.*

#### MEMBR. XVIII. Ex Tit. 40.

### De Executione in bona feudalia.

§. 1. Ad exemplum bonorum allodialium etiam bona feudalia, cum consensu Domini directi, Executioni & subhastationi subjiciuntur, quando verò cum taxâ arbitratorum, debitor læsus appareat, ipsi permissum est, unâ quaterdenâ, innerhalb 14. Tagen gravamina deputatis exhibere, rationesque simul adducere *h. t. §. und dieweil.* proceditur autem in ejusmodi proscriptione hoc modo, ut bona per programmata, tres quindenias continentia, in tribus proximis civitatibus conventuum provincialium angustioris & numerosioris, in dreÿen nehesten Städten des engern und weitem Ausschusses dieser Lande/ publicè affixa, venalia exponantur, ac tum demum de his omnibus relatio genuina ad acta referatur, *Res. Gr. Prov. 1661. t. von Justitien-Sachen. §. 6. Phil. ad Proc. t. 39. conf. 9.*



§. 2. Alienatione bonorum feudaliū ita factā, agnatis jure com-  
muni, ex jure protimiseos, refuso pretio, intra anni spatiū, feudum redime-  
re competit, quō elapsō, hoc jure agnati experiri amplius nequeunt. *Hartm.  
Pistor. p. 2. q. 12. n. 9. 22. b. t. §. Diemeilauer* Alia sanè est ratio revocandi, si  
feudum citra pretium, mortuo demum alienatore, revocatur, ubi præ-  
scriptio demum 30. annis expirat. *Phil. ad n. t. conf. 3.*

MEMBR. XIX. Ex Tit. 51.

### De Arresto & Sequestratione.

§. 1. Sæpissimè pro securitate crediti, creditores arresti impetratio-  
ne vigilare solent, impetratur verò Arrestum, quocunqve tempore & loco,  
etiam nocte & feriatis diebus, non tamen nundinis durantibus, licet  
periculum sit in mora. *Petrus Beck de jure sist. c. 10. n. 2. Phil. ad b. t. conf. 2.  
Carpz. p. 1. C. 30. D. 25.* antequam tamen arrestum decernatur, petens credi-  
tum suum imprimis liquidum facere atqve probare debet, quod debitor  
facultatibus labatur, multo ære alieno sit obrutus, & desinat esse solven-  
do, *b. t. n. §. Diemeilauer. ibiq. Phil. Conf. 3.*

§. 2. Et cum præterea in favorem debitoris certa Arresti forma sit  
præscripta, eandem ad ungvem servare tenetur creditor; Non enim suffi-  
cit impetrare illud, sed insuper requiritur ab unâ quaterdenâ ad quaterde-  
nam von 14. Tagen zu 14. Tagen/ arrestum renovare & in ultimâ seu  
secundâ renovatione sive tertiô Judicii Arrestatorii terminô simul libel-  
lum arrestatorium, die Summer Klage/ in scriptis cum specificatione  
crediti exhibere insimulqve debitorem ad certum terminum citari petere,  
*b. t. n. §. Wie aber nun. Const. Aug. 29. in pr. p. 1.* quæ spatia non de mo-  
mento in momentum, uti quidam falsè opinantur, sed ex observantiâ fo-  
ri à die in diem currunt, *Carpz. t. 21. art. 4. n. 20. & lib. 4. Resp. 37.*

§. 3. Verùm ab hâc subtili Arresti indagatione reus condemnatus,  
qui reconveniēdo, actore verò possessionatô non existente, nec reo satis-  
dationem pro reconventionē antea exigente, pecuniam in Judicio deponit  
& eam, ne reddatur reconventio elusoria, arrestô constringit, adstrictus  
non est, nec enim arrestum renovare ibi indiget, sed sufficit unâ cum Ar-  
restô libellum reconventionis exhibere *O. D. t. n. §. es were denn. ratio-  
nem ponit Carpz. p. 1. C. 30. D. 41. Phil. b. t. C. 9. n. 7. seq.*

MEMBR. XX. Ex Tit. 52.

### De Publico Carcere.

§. 1. Ultimò in odium bancorruptorum publicus carcer est inven-  
tus



tus, cum verò ille irreparabilem injuriam causetur, æquitas svadet, illos  
suis defensionibus, quibus fortè à carcere se liberare valeant, audiri; Ha-  
rum igitur Exceptionum terminus est arbitrarius, ita tamen ne iste 14.  
dies excedat, *b. t. n. §. so ordnen wir.* in hoc termino debitor compareat,  
vel contumax aut fugiens patiatur, ut pro confesso in quocunqve locò de-  
prehensus in carcerem conjiciatur, quod, ut eo citius creditor impetret, li-  
teræ incarcerationis patentès, vulgò *Steckbrieffe* / ipsi exhibentur, *t. n. §.*  
*in fall. Vid. Henr. Sam. Eck. in Disp. de lit. Incarc. patent. von Steckbrieffen.*  
*th. 16. seq.* Huc usqve.

Possem quidem hic latius divagari, sed calamum  
moratur temporis angustia, ideòq; hic pedē figo & pe-  
to à B. L. ut, si qua in re erraverim, aut ad scopum  
minùs rectè collimaverim, æqui boniqve  
consulatur.

S. D. G.

---

### COROLLARIA.

Omnia pacta sunt nuda, nullum datur vesti-  
tutum.

Beneficium l. 2. C. de Resc. Vend. in transa-  
ctione locum non habet.

Virgo vi stuprata potestati, gestandi, coronam  
virginalem non amittit.

Actuarius coram suo Judiciò, advocatus ido-  
neus non est.

---

Ad

Præstantiss. DN. Respondent.

Alumn. Electoral. Saxon.

Sunt sua Saxonico Juri Fatalia: Fatum est,  
Quò Te Saxonicum Jus vocat atqve Forum.

*Votum*

D. Val. Alberti.

*Rite*



**R**itè fori ostendis quæ sint fatalia nostri,  
Digna Tibi, voveo, præmia fata ferant.

*Votiva Acclamatio*

Præsidis.

*Je 1888 AN*

**P**rocessus quæ Saxonicus Fatalia signat,  
JACOBI doctè promere non dubitat,  
Dulces excipient deïn Fructus huncce laborem  
Indolis egregiæ, livor inanis erit.

*In honorem DN. Autoris, Cognati sui  
admodum colendi, gratulabun-  
dus annectere debuit*

**M. Christianus Mifler.**



*VD17*

*M.C.*





Dr. 173.

5

Ve  
1888

13

DISPUT  
FAT  
PROCE

AS  
ICO

AUTORITAT

INIS

FRIDER

Lipf.

TOBIA

nstein.

Lit

TS-BIBLIOTHEK  
ALLE  
SAALE

